

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 24: De virginitate (8)

Idem (Isidorus):

Virgines de suis meritis glorientes ypocritis comparantur,
gloriam boni operis foris appetunt,
quam intra conscientiam humiles habere debent aut debuerunt.
Tales igitur ad promissa caelestia non perveniunt,
quia ipsi sibi promissum virginitatis per elationis vitium auferunt.
Hoc est enim in evangelio non habuerunt virgines oleum in vasis suis,
id est, non servaverunt intra conscientiam testimonium boni operis,
sed in facie gloriam apud homines, non in corde apud deum.

Virgines de suis meritis glorientes hypocritis comparantur
qui gloriam boni operis foris appetunt
quam intra conscientiam humiles habere debuerunt.
Tales igitur ad promissa caelestia non perveniunt,
quia ipsi sibi uirginitatis praemium per elationis uitium auferunt.
Hoc est enim in euangelio non habere uirgines in uasis oleum,
id est non seruare intra conscientiam boni operis testimonium,
sed in facie gloriari apud homines, non in corde apud Deum.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2.40.11 (CCSL 111, P. Cazier ed., p.179, ll.48-55).